

recedere intendit. Rogamus eciam vos, quatenus gratia vestra nobis de una domo modica vel sicut vestre gratie placuerit in Sacilo dignemini providere, in qua nos cum nostris familiaribus et servitoribus stare possimus et equis quinquaginta.

Datum et scriptum Prage die XXVII. Marcii.

Rechts unten: 'Lampertus episcopus Spirensis totus vester'.

Links unten: 'Reverendissimo in Christo patri et domino domino M(arquardo) Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche, domino suo dilecto'.

b) Burghard von Magdeburg, kaiserlicher Hofmeister, an die Stadt Mantua. 1368 Juni 8.

Original(Papier), ebenda. Rotes Wachssiegel unter Papierdecke zum Verschluss aufgedrückt.

Burghardus burgravius et comes

Magdeburgensis, magister curie imperialis.

Amici dilecti. Cum fidelis noster Henricus, presentium ostensor, servitori vestro Petro Makaroni nostro nomine mille panes persolverit integraliter et ex toto, quos panes ab ipso Petro impedimentis quibusdam intervenientibus habere non possumus aut valemus, vobis intimamus^a supplicantes necnon vestram amicitiam requirentes, quatenus panes mille huiusmodi per nos pretacto Petro plene pagatos nobis ordinare et assignari prenarrato nostro servitori Henrico nostro nomine integre procuretis. Nam non intendimus aliquod dampnum ex ipso negotio reportare, cum constet viris pluribus fidedignis sepefatum Petrum de quinque ducatis pro ipso pane fore pagatum integre et ex toto. Scituri, quod, si secus feceritis, extunc oportebit nobis provideri de remedio oportuno.

Datum die VIII^o mensis Iunii.

In verso von gleicher Hand:

Prudentibus et honestis viris provisoribus civitatis Mantuensis, amicis nostris dilectis.

c) Derselbe an Loysius II. von Gonzaga.

1368 Juni 11.

Original ebenda. Gleiche Ausstattung und Besiegelung.

a) Am Rande nachgetragen Or.